

16  
XCIX.

Nuptiis

*Cum B. D. auspiciandis,*

JOANNIS ANTONII  
TRALLES, P. A.

Sponsi,  
&

HELENÆ WISEMANÆ,

Sponsæ,

Bregæ 12. Novembr: Anno


salutis 1647.

Festivè agundis

congratulantur

FAUTORES & AMICI.

1018376  
BREGÆ Typis CHRISTOPH: TSCHORN.



Ad

*Reverendum, Eruditissimum Præstantissimumq̄s*  
*Virum,*

**D. N. JOHANNEM ANTONIUM TRALLES,**  
Pastorem Ecclesiæ Molwizensis  
*fidelissimum,*

A nuperâ ad Sacrosanctum Verbi Divini  
Ministerium Consecratione,  
Canonis Apostolici bene observantem, &  
Pio feliciq̄; Matrimonio sibi in  
uxorem adsciscentem,

*Lectissimam Pudentissimamq̄s*  
*Virginem*

**HELENAM WISEMANNIANAM &c.**  
*προσφώνημα γαμικόν.*



**S** PONSE, Ministerio nuper Sacrate, Virum  
Unius jussit Conjugis esse Canon: (Te  
Ille Canon, Sancto quem Flamine Apo-  
stolus actus, 1018376



Non quem diverso Famine Papa dedit.

Obsequeris rectè jam nunc, Sociamq̄; jugalem  
Legitimo adsciscis fædere Conjugii.

Per bene! Sic Tibi erunt reliquæ adjutoria Vitæ,  
Præfecto præstat quæ Vira fida Viro.

EST

Est ita quod meritò Tibi congratentur Amici:  
Gratando malim nec simul esse Comes,  
Attamen hîc aliquid gratandum ego cerno seorsum,  
Quod sacrum propiùs spectat ad Officium.  
Nempe Tibi fiunt non Adjutoria Vitæ (bit:  
Tantum, dum thalamum Pacta pudica su-  
Sed simul & fiunt modò Commentaria præstò,  
Qualia sint Sancto digna Ministerio.  
Nulla quidem Textus complures Bibliotheca  
Tam Tibi perspicuos quàm Torus iste dabit,  
Vin bene nosse suos quanto ardeat igne fideles  
Christus? id ex Sponsa quam deamas, capies.  
Vin Patris Ætherii Nos erga quantus Amor sit,  
Nosse? scies fueris factus ubi inde pater.  
Vincula quàm CHRISTUM sint inter & arcta fide-  
Conjugii nexus prodet id usq; Tibi. (les?  
Cura gregem Christi circa, Tibi quanta Ministro,  
Ceu Sponsam incumbat, Sponsa docere sciet.  
Non commenta docent tam planè hæc ulla, Sacrum  
Percipere hæc sensu Conjugiale facit. (quàm  
Summoperè hæc igitur Tibi Commentaria grator,  
Compacta ut solidè sint ea, CHRISTE dato.

*Scrib. votiva mente ac manu*

GEORGIUS VECHNERUS

SS. Th. D.



**E**x pacto, potius vel ex amore,  
Hoc scribo Tibi nuptiale votum,  
TRALLES, Aonidum decus Sororum.

Ex pacto Tibi nuptiale votum  
Scribo, qui prius & novis maritis  
Scripsisti, Mihi fusius, Meaq̄.  
Sed quid? praevalet heic valens amoris

Vis in Te, Tibi nuptiale votum  
Quod scribo, renuente vel Thaliâ  
Qua, quod versibus abdicasse me jam  
Dudum collibuit, praesse non vult.

Uno gratulor hinc Tibi Phaleuco  
TRALLES, conjugii hanc beatitatem,

Quam virtus meruit, tuiq̄, mors,  
Ipsa quos Charites regunt, venusti.  
Ex hac Conjugii beatitate

Vel centum eveniant beatitates!  
Immo mille Tibi fluant Salutes!

Nuptiarum solennitati Trallesio-  
Wilemaniana voti istud nun-  
cupat faustissima quæq̄; omi-  
nans & apptecans

**Gotefriede Wellhelm**

Phil. & Medic. D.

---

**A**llorum terror terras pervertit & horror  
Et Mars porrò orbe hoc truxq̄; feroxq̄; furit!

Expediatne

Expediatne sibi lectam sociare puellam,  
 Quæritur? & svavi basia ferre joco?  
 An potius Mavortis opus grave volvere, & hostem  
 Cernere quas antem tela cruenta manu?  
 Expedit, expedit, ajo, calefcere virgine casta,  
 Conjugij inq; sacro fœdere, pace frui;  
 Quàm rigidi Martis media inter tela teneri,  
 Præsentemq; oculis semper habere necem!  
 Pugnatum ô satis est! quid possint bella, tenemus:  
 Bellona ad stygios, te rape, sæva lacus.  
 Tempora laudantur pacis, mihi pax placet alma,  
 Arma geram, quando scurra nefandus, ero.  
 Gratulor ergo tibi, Sponse ô doctissime, bellam  
 Pro bello Sponsam, quod tibi jungere amas:  
 Næ benè bella geris! pro campo, lectulus, hoste  
 Pro rigido, soror ac dulcis amica venit!  
 Pro ferro, tibi verba DEI, quæ stringis in hostem,  
 Et quâ cum certas lancea, penna levis!  
 Proq; sacramento jurato, dogmata Christi,  
 Quæ veneranda tibi, quæ sacro sancta tibi  
 Probrorumq; loco, queis læditur, (horreo) sanctum  
 Assiduè Numen, Cor pietate flagrans-  
 Proq; odio & furiis, sævus queis miles abundat,  
 Mens expers odiis, mens pia, pacis amans:

Sic quum bellageris, prudens dux atq; Magister,  
Næ mihi militiæ, jure vocandus, eris:  
Sic quum bellageris, næ terq; quaterq; beatus:  
Diceris, & prædam, gaudia multa, capis.  
At tamen arbitrere cave, ornatisime Sponse,  
Ac si in conjugio, gaudia sola fluant.  
Vitaq; sit tantum dulci repleta liquore  
Saccari, & ex omni libera parte crucis!  
Sanè conjugium bellum est (ut seria dicam)  
Vitaq; militia est, est labor atq; dolor.  
Fallar ego: si tot Mavors discrimina ponat,  
In bello rigido militiaq; gravi,  
Quot mala conjugio, quot prælia concitat hostis  
Infestus Satanus, mundus & ægra caro:  
Hæc tibi pugnandum contra: Dux adsit, IESUS,  
In bello hoc, finis namq; ita lætus erit.  
Palmaq; prælustri, victoris tempora circum  
Serpens ornabit, pulchra corona, caput.  
Quod superest, pie Sponse, & tu lectissima Sponsa,  
Qua vobis optem, qualia vota feram?  
Sanguine qui vobis propior! sit corditus opto  
Cor vobis unum, mens pia, purus amor:  
Vestrum hoc conjugium sit felix, pectora summus  
Vestra catenato jungat amore, DEUS:

Impie-



Impietas Martis ne turbet gaudia vestra,  
Ne vestros prædo depopuletur agros!  
Sponsa decens, operosa domum, cellamq; focumq;,  
Utiliter curet, sedula sicut apis:  
Sponsus suggesto sincerâ voce propaget,  
Et sine fermento dogmata pura, secet;  
Non hominum verbis juratus, verba Magistri  
Summi, doctrinæ sint cynosura suæ:  
*At CHRISTUS, spes nostra, regat vos FLAMINE*  
*Adjuvet, aspires, protegat, atq; bect. (sacro,*  
*Ex sincerâ mente scripsit & gratulatur*  
*CONSTANTINUS RINGIUS*  
*Pastor Bicinensium, Sponse*  
*avunculus.*

---

## H Y M E N N U P T I I S

DN. JOANNIS ANTONII TRALLIS,  
ET  
VIRGINIS HELENÆ WISEMANNIÆ,  
S A C E R.

Philomus. **E**t TU, qui sancti sacro-sancta volumina Jovæ,  
assiduo volvis præco, labore, DEI;  
urentes sentis flammis quæis Cyprius INFANS,  
fervida, ceu telo, corda ferire solet.

Nonne sacro-divina potis meditatio, tantas  
è medio, flammis, pellerè corde Tuo:  
Grasos Myxos nosti, qui carmina regis  
Jessei, in Templo, voce boante sonant,  
vexantur minimùm flammis quècis Cyprius INFANS,  
fervida, ceu telo, corda ferire solet:

exin conjugio stabili Nympham sibi jungi  
ut propriam, ex VOTO, nolle, notate, ferunt.

Christia-  
nus.

Sic jactant, aſt cor, ori contraria, nosse  
ipsi sunt testes, factaq; scripta probant;  
urunt, os frendunt, contacta per ossa, calorem  
contractum, insolito more fovere cluunt;  
vexantur rigide, flammis, quècis Cyprius INFANS,  
fervida ceu telo, corda ferire solet.

Aſt nostri Sponsi præcordia is ignis amorum  
urit, quem sanxit sanctus Iov A Pater:

quem Sapiens laudat verbis quàm pluribus; atq;  
è vivis cujus, nemo carere potest:

hinc ignem urentem latantibus excipit oris,  
accelerare petit spicula grata sibi,  
vexatus minimùm flammis, letatus at ipsus  
fervida, ceu telo, corda ferire jubet.

Philomu-  
sus.

Dum sic; ipse DEUS, qui corcula flammant, amantùm,  
ut voceo SPONSOS, neclat amore pari:

Gen. 2. v.

21. 22. 23.

24.

Ecclesi: c.

4. v. 9. 10.

. 11. 12.

Ab d



*Ah ferias, ferias telis, duo corcula, amoris  
perpetui & puri, dives & alma TRIAS.*

*Ah ferias, ferias, & spicula torta reveles,  
anno matura, qui generare solet.*

*Ah ferias, ferias, ambos, venientibus annis,  
annua, quod videat, pignora grata, domus.*

*Latantes properabimus, & pia júbula dantes,  
uni fundemus carmina grata DEO;*

*Quod sensit flammæ SPONSUS latatus & ipse  
feruida, cœu tælo, corda adamata ferit.*

Lusus & dicatus novis Sponsis  
ab

Henrico Adolphi Bregâ-Elyfio  
Parochialis Patriæ Symmystâ

---

**E**usebiæ & Sophiæ Cultor Clarissime, Verbum  
Ætherium, Christi Flamme plene, docens.  
Hactenus assiduè MOLWIZIA prata revisens,  
Ut doceas curæ credita cordatæ.  
Lumina pavisti calthæ splendente colore  
Et nares etiam suavis odore thymi:  
Sed quia pratorum flores marcescere cernis  
Autumni tactos frigore mortifero,  
Nunc alium florem quæris, qui floreat ipso  
Tempore brumali, corfoveat que tuum.

Ergo Virum, à pratis præclarum nomen adeptum,  
Prædia curantem & prata Ducalia adis,  
Cernens hunc thalami in prato quondam bene culto  
Flores virgineos progenuisse duos,  
Horum majorem natu aspicias, hujus amore  
Et desiderio cor stimulante cales,  
Quid potes ejusdem amplexu propiore fruisi,  
Quem tibi permittunt jura sacrata DEI.  
O Te felicem, cui prato in conjugiali  
Progenitum hunc florem destinat ipse Deus!  
Hujus virgineus nitor illibatus, odorque  
Optimus est certè dignus amore tuo.  
Eja, age, rumpe moras, Hunc Florem suscipe læta  
Mente manuque, modo legitimoque cole!  
Ante-novo florum quam prata colore rubebunt,  
Fructifera iste tuâ condecoretur ope:  
Ut, cum Sol repetet cælestis brachia libræ,  
Te totum genito flore novo exhilaret!

*Sic*

*Reverendo Clarissimoque*

*Dno. Sponso gratul.*

*M. JOHANN. LUCAS.*

---

**U**t mea mens aliud nil, præter vota, volutat,  
Successura Tibi mox ratione pari:

*Sic*

Sic bona cuncta tuis, Tralles, solemnibus optat,  
Stet DEUS à vestris partibus, atq; meis.

Wemein Gemüth' auf nichts / denn nur auff Segen dencke/  
Und sich so Eurem Sinn balde nachzufolgen / lencket/  
So wünsche / Herr Tralles / es diel guttes Eurem Feste/  
GOTT thu' auff Eurer Seit' und meiner auch das beste.  
Zacharias Pöpler.

Bellarm. 1. de Cle. c. 19. arg. 5. citante Heaninq; Arnifæo de jure Conub. c. 1. sect. 6. n. 12.  
Papalis cathedra Doctor, facturum iniqua  
Sanctæ Sacerdotifadera Conjugii,  
Erigere intrepidò, quarit, solamine sexum  
Virgineum, & viduum, qua ratione queat,  
Qui formaturis socii cum compare lecti,  
Perpetuò liberis invigilare solet?  
Instando rursus quarit responsa daturus,  
Conjugii Spretor quâ ratione, gravi  
Onere Conjugii pressos solariet, atq;  
Implicitus curis exhilarare queat?  
Hieron. in c. 2. Mich.  
Scilicet ut factò commendat corpore CHRISTI  
Esuriem, indocilis pauperiemq; pati:  
Ut jejunandi bucca præcepta rubentes  
Demonstrare, famem turgida labra solent:  
Naufraga sic quoq; Conjugii infortunia, siccus  
Littoris in tuto commemorare potest.



*Divina Sophies Aris pollucte Sacerdos*

*TRALLES, non gamico subdere colla jugo  
Detrectes: docuit dudum Te pagina JOVÆ,*

*Et templi & thalami munia, ritè viri  
Théiologi consolando præstare virilem,  
Virgineum, viduum, famineumq; gregem:*

*Fortunante DEO, facias templiq; thoriq;  
Pignora chara tibi; Pignora chara DEO:  
Proq; labore thori in terris cum Conjuge dulci,  
Pro templi in calis, præmia digna feras.*

*Ita animitus vovet*

**SAMUEL NEUGEBAUER.**

---

### **Klinge-reimen.**

**W**ie gern Euch Lieben zwen Ich wolle' ein Lieblein singen  
aufeuren Ehren-tag / den Gottes Schickung giebt /  
so bin Ich doch hierzu vor ist ganz ungeübt :  
ja wolle' Ich mich auch gleich mit macht zur Leper zwingen /  
so wehrt den Fingern doch ein Lust-lied zuerklingen  
zweyfaches Leid / in dem mich Gott zu prüfen liebt /  
und was zur seiten sonst das Herze mit becrübt /  
das alles gönnt Mir kaum den kurzen Wunsch zubringen.  
Gott / der die Liebes-flamm; in Herzen angezündt /  
daß Eins ans Andre sich bis in den Todt verbindt. /  
auf Euch / geehrtes Paar / sein gnaden Anliß wende ;  
im Segen Gottes hebt den lieben Ehstand an ;  
im Segen Gottes führt ihn hin zur Mittel-bahn ;  
im Segen Gottes bringt ihn seelig auch zum Ende.

*Wenc. Scherffer.*